



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.

APPARATUS NUMISMATUM

RECENTIORUM,

Ex auro, argento, ære, stannóque
flatorum atque percusso-
rum,

*Quibus res hujus seculi gestas,
perennique memoria dignas Æter-
nitati quondam consecrare
voluit.*

Fridericus Kleinert:

Nunc verò

possessus ac continuatus

à

Caspare Theophilo
Lauffer,

Rei Monetariæ per Franconiam
Inspectore generali.

NORIBERGÆ,

Typis SPOERLINIANIS.

ANNO 1709.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

REMAINDER OF THE

1971 G.A.

B. L. S.

AD majorem apparatus hujus perspicuitatem, observandum est in descriptione cujushbet Numi, numerum I. exprimere partem numi anteriorem, II. partem aversam seu posticam, Gallis *Revers* dictam.

Asterismus simplex * indicat inscriptionem superiorem; *duplex* vero ** inscriptionem inferiorem (*l' Exergue*) *Marg.* denotat inscriptionem in margine numi expressam. F. Ov. formam numi ovatam dicit. F. R. formam rotundam; 1. 2. 3. &c. *Magn.* ostendit numi magnitudinem, in adjecta figura sive schemate, juxta debitam proportionem verumq; modulum expressam, numerisque citatis distinctam.

Pretium singulorum Numorum variat secundum diversas eorum materias, formas ac magnitudines; siquidem quilibet curiosus Rei numariae aestimator omnes hos descriptos numos, aut quoscunque ex hoc Apparatu elegerit, vel ex auro, vel ex argento, vel ex aëro stannoque conflatos, pretio soluto sibi comparare potest. Si igitur *Aureus Numus* desideratur, & pondus illius sex aureos Hungaricos sive Ducatos superat, ultra pondus illud aureorum, ex quibus paratus est, de quolibet Aureo sive Ducato solvitur pro labore ac sumptu quarta pars floreni, seu 15. St. Quando vero Numus aureus infra dictum pondus existit, & tantum sex, quinque, quatuor vel ad minimum tres Ducatos pondere suo refert, ob auri defectum quem

quem Artifex in purgando & fundendo illo patitur, thalerus s. $1\frac{1}{2}$ flor. pro labore exigitur.

Numus Argentens, Norimbergensi statera examinatus, & quidem *Formâ Ovata*, I. Magnitudinis, pondere suo continet 10. Loth / II. Magnit. 8. Loth / III. Magnit. $4\frac{1}{2}$ Loth.

Formâ Rotunda I. Magnitudinis 6. Loth /

II. Magnitud. 4. vel $4\frac{1}{2}$ vel $3\frac{1}{2}$ Loth /

III. Magn. 3. Loth /

IV. Magn. 2. Loth /

V. Magn. $1\frac{1}{2}$ Loth /

VI. Magn. 1. Loth /

Ein Loth conficit semunciâ, cujus pretiû in numo argenteo est thalerus, seu sesqui flor. $1\frac{1}{2}$ fl.

Numi Aerei pretium *Forme Ovata* I. & II. Magn. $1\frac{1}{2}$ fl. s. thalerus. III. Magni. 1. flor.

Forme Rotunda I. Magn. $1\frac{1}{2}$ flor. II. Magn. 1. floren. III. Magn. $\frac{3}{4}$ flor. s. semithalerus 45 Kr.

IV. Magn. $\frac{1}{2}$ flor. 30. Kr.

V. Magn. $\frac{1}{3}$ flor. 20. Kr.

VI. Magn. $\frac{1}{4}$ flor. 15. Kr.

Numi Stannei, aeneo stigmate notati sunt, ne malitia fraudulentorum hominum occasionem habeat, incautos defraudandi, illosque numos pro argenteis vendidandi: Illorum

staneorum numorum pretium igitur & quidem *Formâ Ovata* I. Magn. est flor. II. & III.


Magn. $\frac{3}{4}$ flor. s. semithalerus 45 Kr. *Forma*

Rotunda I. & II. Magn. $\frac{1}{2}$ flor. 30. Kr.

III. Mag. $\frac{1}{3}$ flor. 20. Kr.

IV. Mag. $\frac{1}{4}$ flor. 15. Kr.

V. & VI. Magn. 10. Kr.



I.

In pacem Noviomagi conclusam.

I. **V**irgo sedens, radiis circa caput illustrata, manibus tenens citharam; ante pedes terra procumbit Leo, gladium stringens Oleâ cinctum; ad latus Aquila & Gabelus palmam rostris tenent:

* *Corda velut chorda fato junquuntur amico.*

II. Pax sub formâ Virginis Laureatæ, & gestantis fasciculum sagittarum catenis constrictum; ante pedes jacent arma confecta & fax extincta:

* *Sic face restinctâ gaudia Pacis arant.* Anno 1679. F. R. 1. Magn.

II.

In Urb. Viennam à Turcarum obsidione liberatam.

I. Urbs cum aggeribus & castris obsidentium Turcarum.

* *Vienna Austriacâ 1683 ab Achmete II. obsessa 12 Sept. ex desperato ab eo Defensa est.*

II. Prælium Christianorum cum Turcis:

* *A Domino venit Pax & Victoria.*

F. R. 3. Magn.

III.

In eandem & Comitem de Starenberg.

I. Effigies Comitis : * ERN. RV DI. COM. STAR. S. C. M. C. C. B. GCM. VIENN. COMM.

II. Captivus Turca catenis ligatus, inter instrumenta bellica & tropæa prostratus jacet:

* *Wien 60 Tage lang die größte Kuthaus hielte. Macht, da der Türck Zelt, Geld, Feld, Stück und Glück verspielte. 1683.*

F. R. 3. Magn.

IV.

In Expugnationem Castelli Neubeusel.

I. Castellum cum munitionibus & aggeribus oppugnantium. * *Neubeusel Imperatori Leopoldo offerit Vr igne & ensibus forster; hostis perit & Vr pler.*

II. Inscriptio:

* *Barbarico quondam Nova capta Domuncula Turca.*

Desinit Augusti Caesaris esse Domus.

Mense sed Augusto hac Augusti Marce recepta.

Imperii Turca desinit esse Domus.

Turcis jam Nova sit Domus sed prisca perennet!

Desinat & nunquam Caesaris esse Domus.

In Marg. Caesar triumphat. Quotomanibus trepidat. Sit Ducibus Adorea, Sals DEO gloria!

F. R. 3. Magnit.

V. 10

V.

In eandem.

- I. Idem, quod numero præcedenti IV.
- II. Aquila volans Coronata, uno pede gladium Laureâ cinctum : altera fulminea tela tenens, quæ in Lupum fugientem emittit :
* *Es stabulo & campo depulsus lustræ requirit.*
In Marg. eadem verba quæ in præced.
F. R. 3, Magn.

VI.

In eandem.

- I. Urbis expugnatio :
* *Cæsar me recipit strato aut fugiente Tyranno.*
** *Neubensel expugnatur die 12^æ August. 1685.*
- II. Idem quod num. V. In Margine. Vid. num. IV.
F. R. 3. Magn. **

VIII.

In eandem & cladem Turc. ad Strigon.

- I. Virtus bellica, dextera Victoriam, sinistra palmam tenens, stans inter duas tabulas, quarum una pugnam ad Strigonium, altera castellum Neubensel exhibet :
* *Anno 1685. 12^æ Aug. Turca Strigonio frustra oppugnato, acie vincitur : 12^æ Aug Neubenseliumq; vi capitur.*

Δ Ε

UVV

II. Virago equo insidens, telo armata, tecta scuto Aquilâ Imperatoriâ signato, insequitur cum canibus duos lupos fugientes.

* *AQUILA AVGVSTI Mense AVGVSTO oppugnatione & a CleVICI LVPOS IVRICOS, gloriosa Venatrix, Verterat in Lepores.*

In margine: *Strigonio liberato: hoste profligato: Neubeuselio expugnato: Casar triumphat: Ostomannus trepidat.*

F. R. I. Magnit.

VII.

In expugnationem Buda.

I. Urbs Buda cum castro Cæsareo:

* *Heroum tumulus claro & Buda uida cruora, Cæsareo tandem fulmine strata jacet. Anno 1686. 2. Sept. (23. Aug.)*

II. Rosam inter spinas & Serpentes efflorescentem carpere conantur tres manus, à spinis læsæ. * *Per tot discrimina rerum.*

** *Spinis atque minis Letibi horrida læsit
ouantes*

Armant purpureum sava pericla decus.

In Margine: *Quam dolo malo Solymannus rapuit; Leopoldus Martia Virtute Mahometi quarto eripuit.*

F. R. I. Magn.

IX.

In eandem.

I. Urbs Buda, vid. num. VIII.

II. Dra-

II. Draco immanis, cui infidet Aquila, fulmina vibrans * *Malo modo malus Cuneus.*

** *Et ejiciebatur Serpens antiquus.*

In Marg. Vid. num. VIII,

F. R. I. Magn.

X.

In eandem.

I. Urbs Buda; superius Fama tubam inflans.

* *Oven a Rege Ovo dictum, Leopoldo armie additum Anno 1686. 2. Sept.*

II. Aquila coronata stans in colle, ungue ovum & clavem tenens. * *Hoc rectuso reliqua includentur.*

In Marg: *Urbis Expugnatio Orbis est Ovario.*

F. R. 4. Magn.

XI.

In Batarvos & Gallos.

I. Leo dormiens incubat fasci frugum; ex quo Gallus à tergo grana colligit.

* *Vigili nimium ne crede sopori.*

II. Inscriptio Germanica.

* *Trau nicht dem Appetit die Körner auszu-picken,*

Es könnte dir die Lust in einer Klau ersticken.

In Margine : *Trau nicht dem Schlaf; hier liegt kein Schaff.*

F. R. 3. Magn.

XII. *h*

XII.

In Hamburgum à Danis infestatum.

I. Urbs Hamburgum.

* *Aspicis hic Albim, sed nulla fluenta Caystri;
Celsus Honor Cygno hic Hafnia nidus erit.*

II. Asterismus Cygni stellis suis notatus; nec non Asterismus Aquilæ, rostro oleam, ungue sceptrum tenens, infra quam munimentum quadrangulare fulget.

* *Ex Aquila Monitis Aquilonis Nubila cedunt;
Fortibus his radiis ne minuatur honos.*

** *A Serenissimis Serenitas reducta.*

In Marg: *Auspic. Cas. Auxil. Brand. & Lun.
Hamburgens. Stellare Muniment. oppugnari definit. 1686. F. R. 3. Magnit.*

XIII.

In Rempubl. Venetam.

I. Dux Venetorum solio insidens, Senatoribus cinctus, gratiam impertitur duobus Turcis Præfectis, ad pedes ejus procumbentibus.

* *Parcere subjectis & debellare superbos, Scit nobilis ira Leonis.*

II. Leo Venetus alatus erecto corpore, posterioribus pedibus sagittas atque arcum conculcat, dextero pede anteriore gladium stringit laurea cinctum; altero Delphinium gerit & corollam ex floribus scythicis consertam. * *Ex utroque Victor.*

In

In Marg: *Serenissimi Leonis Alari, solo saloq,
Turcarum Victoris, Triumphale Florilegium.*
1687. F. Ov. 2. Magn.

XIV.

In Regem Hungariae Josephum.

I. Effigies Josephi, cui manus è celo Coronam
imponit. * *Josephus der erste, König in
Ungarn.*

M D C L X X X V I I.

II. Arbor malis Punicis fructifera; & Insigni-
bus Austriacis & Hungaricis cum Diadema-
te ornata; cujus cortici inscriptum est no-
men: JOSEPH;

* *Joseph Wird Wachsen Wie an einer Quelle*
I. B. Mose. 3^{te} 49.

In Margine duplex Inscriptio juxta Vocales:

* *A*ustria *E*xtendetur *I*n *O*rbem *V*niversum
*Al*ler *E*hren *I*st *O*sterreich *V*oll.
F. O. 1. Magn.

XV.

*Quatuor Anni tempora in Coronationem
Reg. Hungar.*

I. Puer nudus corollam florum, veris indicium,
manu tenet, cum inscriptione germanica:
* *Die Hoffnung zum Siegen.* Puer alter ince-
dens vestitu Hungarico, hiberno tempo-
ri maximè convenienti, in pulvinari Coro-
nam & Sceptrum gerit; additis verbis:

* *Das beste Vermögen.*

I. Duo

II. Duo pueri; alter hederâ cinctus, alter arietis in capite & manu gerens; quibus æstatem & autumnum indicant: Ambo è duplici Cruce Hungarica corollas Laureas suspendunt, quibus nomina expugnataram in Hungaria urbium inscripta sunt; cùm inscriptione: * *Die Früchte vom Kriegen.*

In Margine: *VIVAS ES fLoreat JosephVS DIVINA gratia In Rege M Vngaria Coronatus.*

F. R. 1. Magn.

XVI.

In Imperatorem.

I. Effigies Imperatoris:

* *Keiser Leopold / der Siegende.*

II. Turca fractis sagittis ac telis insidet, caput manu, tristis ac perturbati instar, sustentans, Gladius superius cum sceptro decussatim positus ac Laurea cinctus, ab oculo cœlitus irradiatur:

* *Durch Gottes Gnad*

Mit Rath und That

Der Christen Feind bestritten hat. 1687.

In Margine: *Sehet / wie der Herr seinem Gesalbten hilft.*

F. R. 3. Magn.

XVII.

In cladem Turcarum ad Mohaz.

I. Exercitus Cæsaris castra invadit Turcica:

* *Con-*

* *Confociamini & Vincimini &c. Quin hic est Emmanuel. Es. 7. 8.*

** *Mohazianum Bavarica Strenuitatis, are auroque perennioris Monumentum, 1687.*

II. Super Columnam imago Elect. Bavarici posita est, in quam taurus ferociens impetum faciens cornua sua confringit:

* *Firmitatem serenat Impetus.*

** *Lunatum reprimit Virtus sic Boja furorem.*

In Marg: *Anno, quo Sereniss. Emanuel Manibus Ludovici interfectione Turcarum parensabat.*

F. R. 3. Magn.

XVIII.

In Elect. Bavaricum.

I. Elector Bavar, feroci è quo insidens Turcam ex equo prostratum conculcat:

* *Gloria Electoris. Bav. Turcar. ad Mohatium Victoris. 1687.* ** *Fortitudini furor succumbit.*

H. Ara, cui palma pedis Urfinini Lauream tenens imposita est, cum inscriptione: *Virtus Herois*, ad latera duo sedent captivi,

F. R. 4. Magn.

XIX.

In Pontificem Maximum.

I. Imago: *INNOCENTIUS XI, PONTIFEX Maximus Anno XI.*

II. Scopulus in mari turbido; in quo Crux radiis

diis corruscans, & coronâ spineâ ornata; à lateribusverò Ventis infestata.

* *In Perpetuum Coronata triumphat.*

F. R. 6. Magn.

XX.

In Seren. Ducem Morosini.

I. Effigies inter tropæa & arma conspicua, Ducalique mitrâ & togâ ornata.

* *FRANCISCVS MAVROGENVS DVX VENETIARVM Anno 1688. d. 3. Apr.*

** *Nil desperandum Teucro Duce.*

II. Virgo ducali mitrâ ornata, sedens, & conchâ marinâ velut navi vecta, dextrâ clavum, sinistrâ cornu copiæ tenet; Ei obviam in conchis veniunt supplices Virgines, coronis & sceptris conspicuæ, tributa pendent nomine Regnorum, Moxæ, Candix, Negroponti, Cypri, Athenarum.

* *Adriatici Maris Domina, Archipelagi Regina.*

*In Marg. Viderunt Insula, & timuerunt, exspectant terra obstupuerunt & accesserunt. Esai.**

41. F. R. 1. Magn.

XXI.

In Victoriâ Bavari in Hungaria.

I. Duæ Palmæ Laureâ colligatæ; superius conspicitur ex altera parte Diadema Imperiale cum Lemmate: *Consilio & Industria*; ex altera Mitra Electoralis, cum verbis: *Mars Casari. Mors Turca*; Inferius inter duas Palmas pileus Turcicus inter spinas conjectus est:

* *Augusto redeunt Generi Virtute triumphati:*

** *Irris.*

* *Irrigua crescunt lacrymis & sanguine Turci.* 1688.

II, Asterismi Aquilæ & Leonis cum suis stellis conspicui, Lunâ intra nubes sese abscondente.

* *Insultus Aquila fortes vaga Luna pavescit: Rex Avium atq; Leo sidera fixa manent.*

In Margine: *Consilia Fustorum Principum Lauri coronant; mala Tyrannorum Consulta Vepres,*
F. R. 2. Magn.

XXII.

In Albam Regiam receptam.

I. Vrbs. * *Alba Regia sive Stul Weissenburg:* Superius Sol plenis radiis coruscans, occidentem ex adverso Lunâ, verbis additis, *Luna sub umbras.*

** *EXITVM TURCIS annotat ALBA RE- DVX.*

*** *Alba Regalis Recuperata 17^o May. 1688!*

I. Imperator Leopoldus cum Rege Josepho curru triumphali ab aquilis vectus substratis captivorum & Invidiæ corporibus: Æternitas advolans, 7. stellis circa caput coruscans: alterâ manû Serpētem in Circulum revolutum gestat, alterâ Triumphatores Laureâ coronat:

* *EX Voto HUNGARIA M. S. P. B. I. C. I. S. LEOPOL- DE, LEVASQVE.*

In Margine: *Est Regum cognata Potentia Caes.*

F. R. 3. Magn.

XXIII.

In Belgradum expugnatum.

I. Vrbs cum Inscriptiōe Germanica: * *Griechisch Weissenburg: Ist in Türkische Gewalt gerathen An. Chr. 1521. von den Christen mit stürmender Hand erobert, 1688. die 6. Sept.*

II. Virtus Christiana super pectus solem gerens, dexteram duplicem crucem Hungaricam prætendens; cujus aspectu Turca exanimatus in terram procidit; de cælo inter radios conspiciuntur verba: *In hoc signo.*

* *IMBeLLes IVrCos GrVX atqVe ECCLESIA VInCVnt.*

In Margine: *BeLgrADI exSVperat MVros BaVarICA VirIVs.*

F. R. 3. Magn.

XXIV.

In eandem Vrbs.

I. Idem cum numero præcedenti.

II. Canis stans in ponte, os ex ore amissum ac in aquam cadens avidis oculis respicit, cum Inscriptiōe: Germanica.

* *Dem, der nach Schatten schnappt, entfält sein eigener Bissen:*

Der Wien ihm eingebildet, muß nun ganz Ungarn missen.

In

In Marg: ead. verba, quæ in præcedenti.

F. R. 3. Magn.

XXV.

In Electorem Saxoniam.

I. Effigies * JOHANN. GEORG. III. D. G. ELECT. SAXON. ** *Pressis succurrere fas est.*

II. Duo gladii (Insignia Archimarescalli Imperii) decussatim positi, & Rutâ Saxonica cincti; quorum alteri ascriptum est: *Solis ad Ortum*; Alteri: *Solis ad Occasum*. Inferius Danubius & Rhenus fluvii è transverso positi, formâ duorum senum nudorum, qui juncis coronati sinistra romum tenent, dextro brachio super urnam aquas effundentem quiescunt; à tergo hujus tropæum manubiis Gallic, erectum, ad latus illius tropæum ex manibus Turcic, constans conspicitur. **Vindicat Imperium.*

In Marg: *Alter Ensis Turcarum clade insignis, socio Victoriâ de Gallis auguratur.*

F. R. 3- Magn.

XXVI.

In Pontif. Max.

I. Effigies: * ALEXANDER VII. PONT. MAX. creat. An. 1689. d. 6. Oct.

II. *Insignia Pontificis, cum Inscriptione:*

* *Nomine deposito Petrus incipit esse sedendo, Otto bonus toto corde fit ergo bonus.*

*EVeniVnt VenetIs VegetIs iam prospera
qVavIs*

ID fasIs Ipse reCens Papa Lat Ine probas.

*In Marg: VIvat ALEXander oGtaVV's NVMI-
nIs Instar.*

F. R. 4. Magn.

XXVII.

In Electorem Coloniens.

I. Effigies: *JOSEPH CLEMENS D. G. AR-
CHIEP. COLON. ELECT. & DVX VTR.
BAVAR.*

II. Leo Bavaricus in pavimento Heraldicis tes-
terulis Bavaricis strato; mitram Electoralem
in capite, & dextrò pede strictum gladium,
sinistrò insignia Coloniensia mitrà ArchiEpi-
scop. tecta gestans; Desuper à Victoria co-
ronatur Laureâ: sub pedibus ejus jacet In-
vidia cor suum rodens:

* *Tandem bona causa triumphat.*

*In Marg: Colon. Diæcesis ab Usurpatoribus
Gallis liberatur.*

F. R. 4. Magn.

XXVIII.

In Regem Angliæ:

I. Effigies: * *GVILIELMVS REX ANGL. SCOT.
FRANC. & HIBERN.*

** *Patria Decus, Anglia. Præsidium.*

II. An-

II. Anglia, formâ Virginis vestitu regio incē-
dentis, manu excipit advenientem Regem
armatum, Laureâ coronatum, & sinistra
Leoni Batavo, septem tela tenenti, inniten-
tem; Angliæ a tergo assistunt Religio & Li-
bertas:

* *Te Servatore non servimus.*

** *Restitutori Britannia. 1685.*

In Marg. *Regia res, ideoque meum est, succur-
rere pressis*

F. R. 3. Magnit.

XXIX.

In eundem.

I. Vide. num. præced.

II. Periscelis Ordinis S. Georgii, Laureâ cir-
cumcincta, & quatuor insignibus Regno-
rum Angl. Scot. Franc. & Hibern. ornata,
cum Lemmate: *Honi soit, qui mal y pense:*
In medio periscelidis:

* *GUILIELM, Princeps AVRIACVS, ANGLE
SCOTIA, FRANCLIA & HIBERNIA rex Coronatur
d. 21. April.*

In Marg: ead. verba quæ in præcedenti.

F. R. 3. Magn.

XXX.

In Electorem BAVARIA.

I. Effigies: * *MAXIMILIAN. EMANVEL E:
LECTOR BAVARIE.*

B 3

II The-

II. Theseus tectus clypeo, in quo insignia Elect. Bavar. conspiciuntur, prostrernit Centaurum: * *Quid me vivente laeffas Perithoum, violasque duos?*
 ** *Theseus Bavaricus, 1689.*

In Marg. *Ecce Vindex Germanorum & fratres
 de Lufonis.*

F. R. 3. Magn.

XXXI.

In eundem.

I. Effigies eadem, que in precedenti.

II. Asterismus Leonis, Bavaricis Rhombis notati, stellamque primæ magnitudinis in pectore gerentis: Inferiùs Globus sive Pomum Imperiale (insigne Electoratus Bavarici) mirram Elector. tectum, cui ad utrumque latus fasciis annexa sunt insignia Electoratus Colonienf. & Palatinatus: * *Maximus intra me Deus est.* ** *Precium & cura Laboris.*

In Marg: ead. verba, quæ in precedenti.

F. R. 3. Magn.

XXXII.

In Electorem Brandenburg.

I. Effigies: *FRIDERICVS III. D. G. ELECTOR BRANDENB.*

** *Conteres eos in Virga ferrea. Ps. II. 9.*

II: Ob-

H. Obsidio & Expugnatio Urbis Electoral. Bonnæ. * *Bono redit omine Bonna.*

In Marg: *Galle malo vale, falle malos, bono Bonna manebo.*

F. R. 3. Magn.

XXXIII.

In Gallos.

I. Phaëthon regens currum solis, quie 4. equis trahitur. ab Aquila fulminibus armata, eodem dejicitur: * *Compescit Ignibus Ignes.*
** *Incendit quacunque incedit.*

II. Inscriptio: *Victoricibus Cas. & Confederat. Armis Fines Germania à sedis fragorum Usurpatorum Gallorum tyrannide vindicantur An. MDCL XXXIX. Tria lilia in uno caule deflorescentia: ** Non semper Lilia florent.*

In Marg: *Tempus Ultionis est à Domino; Vicissitudinem ipse tribuet ei. Jer. 51.*

F. R. 3. Magnit.

XXXIV.

In Urb. Moguntiam receptam.

I. Expugnatio Urbis Moguntia. * *Moguntiacum. ** Gallorum fraude creptum, Virtus Germanorum restituit. 1689.*

II. Vid. n. II. numism. præcedenti.

In Marg: ead. verba quæ in præced.

F. R. 3. Magn.

XXXV.

In eandem.

- I. Vid. n. I. numism. præcedentis.
 II. Vid. n. I. numism. XXXIII. cum eadem In-
 scriptione marginalii F. R. 3. Magn.

XXXVI.

In Imperatorem, & Regem Rom.

- I. Effigies Leopoldi & Josephi.
 * *LEOPOLDVS & JOSEPHVS D. G. IMPER.
 & REX ROMAN.*
- II. Aquila pullum suum è nido in altum edu-
 cens; eidemque prævolando viam mon-
 strans; Sole ex una parte æstu suo sylvas in-
 cendente, Lunaq; ex altera parte occidente.
 * *Nec rabida solis ræda, nec Cornua Luna
 Terrent. quin pignus generosum ducet ad alta.*
 In Marg: Imperium Duplo Leopoldus Sole serene-
 nat. An. 1690. F. Ov. 3. Magn.

XXXVII.

*In Coronationem Eleonora Augustæ & Jo-
 sephi Regis.*

- I. Tres Effigies minores Diademate Imperiali
 condecoratæ, quas Geniûs adstans ligamine
 connectit: Prima effigies in dextro latere
 est Imperatoris cum Inscriptio: *LEOPOL-
 DVS MAGN. ROM. IMP.* in sinistro Augu-
 stæ: *ELEONORA MAGDAL. THER. ROM.
 IMP.* medium tenet Josephi Imago: *JOSE-
 PHVS I. REX ROM.* Superiûs Sol cum
 duobus parentibus suis connectis cernitur.
 * *Vno splendore coruscant.*

* *A Deo Coronatis Vila & Victoria MDCXC.*

II. Tres Viragines, diadematibus ornatae, tria Regna Romanum, Hungaricum & Bohemicum repraesentantes, singulae Cornu Amaltheae & scutum tenent, quod insignia Regni sui exhibet * *Benedictiones Patris Josephi confortatae sunt benedictionibus Patris Ejus. Gen. 49. 26.*

In Marg: *Josephvs, Leopoldvs & Eleonora*
trivmphent!

AVGVSTIVIVANTFORTIS HONORE PARES!

F. R. 3. Magn.

KXXVIII.

In Josephum Reg. Rom.

I. Effigies Laureata: * *JOSEPHVS D. G. ROMANORVM & HVNGARIAE REX.* Inferius duae aquilae purpuram expandunt cum Inscriptione: *Vivat Josephvs! TeVtonla rex & DeLICIVM!*

II. Josephus coronatur à Germania, formâ Virginis, Phrygianâ veste, in qua aquila biceps Imperii acu picta conspicitur, indutae; alia Virgo Hungarico stemmate ac vestitu conspicua adstat, cujus corona in vicina mensa jam deposita cernitur; Bohemia, quae insigni suo dignoscitur, suum quoq; diadema offerre videtur * *heptolem transcurrit Gloria Patrum. ** inaugur. Augusta Vindelico. d. 26. Jan. MDCXC.*

In Marg: *Josephvs Rex Mania & HVngaria*
Rex, AVGVsta Leopoldvs & Vera g Lucia.

F. R. 3. Magn.

B 5

KXXIX

XXXIX.

In eundem.

I. Hortus Palatio, fontibus & imaginibus magnificentissimè excultus, in cujus medio Palma viret, tribus diadematis Regnorum German. Hung. & Bohem. ut & effigie condecorata cum inscriptione, *JOSEPHVS REX ROM.* inferiùs efflorescunt tria lilia, quæ Germanis Coronæ Imperiales dicuntur.
* *Filius accrescens Joseph & decorus Aspectu, sedet in forti Arcus Ejus.*

II. Rex Josephus Diademate Imperiali coronatus Regio insidet throno; ad pedes ejus supplex conspicitur Diana, Lunam in capite, sagittas à tergo gerens, unà cum sex frugum fascibus inclinantibus se ad terram:

* *Scilicet hunc vivus Cereris quoq; partus adorat, Cum Sorore olim Cynthia ipse colet.*

In Margine: *Non ambitu armato, sed justitiâ Majorum coronantur Posterì.* F. R. 4, Magn.

XL.

In eundem.

I. Effigies; cum adjacentibus Imperii Germ. Clinodiis: * *JOSEPHVS I. D. G. REX HVNGAR. CORON. In REGEM ROMAN. 1690. d. 16. (26.) Jan.*

II. Inscriptio: * *JOSEPHVS per Anagr. SOPHIE Dist. Retroxad.*

*Pannonia MoDo ReX factVS JosephVS agente,
SoLertex Sophie, sile qVoqVe Tektonia.
Vivat jo! crescatque!*

F. R. 5. Magn.

XLII

XLI.

In Regem & Reginam Angliæ.

I. Effigies Regis & Reginae : * *GVILIELMVS & MARIA REX ET REGINA BRITANNIÆ.*

II. Virgo insidens scopulo sub umbra duorum furcutorum inflexorum & Coronâ Regiâ connexorum, in quibus rosæ efflorescentes, & poma aurea conspiciuntur; ipsa dextrâ crucem & bilancem tenet; sinistrâ cornu Amaltheæ cum pileo baculo imposito; pedibus cornu inflammatum, catenas, compedes, gladium &c. conculcat: à tergo proza navis cum remo insignibus Regni Britannia, fulgente apparet: * *Aurea florigeris succrescunt Poma Rosetis.* ** *Securitas Britannia restituta 1689.*

In Marg: *Externo malè pressa iugo Britannia pridem,*

In pristis iterum respirat Libera Lege.

E. R. 2. Magn.

XLII.

In Marchion. Badensem.

I. Marchio galea & thorace armatus feroci equo infidet: desuper clades Turcarum exprimitur: * *LVDOV. GVILIELMVS MAR. BAD. S. C. M. EXERCIT. SYMMVS DEX.*

II. Leo rugiens Lupos aliquot invadit & prostermit: *Non curat Numerum.*

In Marg: *Turcarum Mors Hæc, Deus Tibi proroget avum!*

E. R. 2. Magn.

XLIII.

XLIII.

In Ducem Schomberg.

- I. Effigies : * *FRIDERICVS MARESCHALLVS SCHOMBERG. &c.*
- II. Vir Romano more armatus, galea & chlamyde tectus; Dextra lauream implantatam; sinistra clypeum, radiante signo X notatum tenet; ad pedes cornu est divitiis & coronis ducalibus onustum cum adserpente angue; à tergo Pyramis conspicitur, Lauream & Insignibus Regnorum onerata, quibus Dux operam suam navavit : * *Plantavit ubique feracem. ** Continuatus Triumphis, cédurata in DEVM fide, in Hibernia militavit 1690.*
- In Marg: *Subit ira cadentem, Plurisci Patriam & sceleratas sumere penas, F. R. 3. Magn.*

XLIV.

In Canisiam receptam.

- I. Urbs Canisia; superius advolat Fama tubam inflans: * *Canisia ** Post XC. annos jugum Turcicum excutiens Canisia, sub ipsum Veris initium uberem Victoriarum segetem pollicetur Leopoldo & Josepho. MDCXC.*
- II. Imp. Leopoldus Laureatus, Romano vestitu & chlamyde indutus; dextra labarum seu vexillum Notâ X insignitum, sinistra Victoriolam tenet; ante pedes Turca captivus claves supplex offert. * *Novos gaudens sponder e triumphos ** Victas dedit manus d. 13. Apr.*
- In Marg

In Marg: *QVIn extra C. ita Canls Canls ore Ca-
nls a pV Den DI :*

VIctor ChrIste potens Sit tIbI LAVs & honor!

F. R. 3. Mago.

XLV.

In Malvasiam receptam.

I. Urbs Malvasia in rupibus suis ad oram Maris
conspicua: * *Neapolis Malvasia, ** Vitra ses-
qui seculum, sub jugo Turcico inexpugnabilis
habita, tandem Virtuti Veneta cedit, & ad
prisca redit obsequia, Auspic. Ser. D. Moro-
sini; fortitudine Exc. Cornari Cap. G. d. 12.
Aug. 1690.*

II. Hercules, Leonino spolio reclusus, alterâ cla-
vam tenens, alterâ aurea poma ex arbore ra-
piens: enecato ante pedes Dracone:

** *Alcides domito rapit aurea poma Dracone.*

In Marg: *Vt IVstIs CeDVnt oMnIa fLV Xa
VItIs!* F. R. 4. Magn.

XLVI.

Symbolum Amoris.

I. Venus nuda sub arbore umbrifera jacens,
Cupidinem filium s. Amorem advolantem
exosculatur. * *Ille jocularis amatur.*

II, Venus irata Cupidinem s. Amorem sub bra-
chio tenens, nates ejus manu verberat:

* *Peccat ille, verberatur.* F. R. 3, Magnit.

XLVII.

Idem.

I. Venus dextrâ cor inflammatum, sinistra sce-
ptrum tenens; ad levam ejus Mars sedec
catenis onustus; ambo curru triumphali à
Leoni-

- Leonibus vehuntur, quos Cupido s. Amor
 tanquam Auriga, regit capistris, advolan-
 tibus genis amatoris ac in terram prostra-
 tis mare & foemina, quorum pectora sagittis
 sunt faucia, * *Amoris tela omnium querela.*
 II. Quinq; sensus animati variis actionibus ex-
 primuntur à nonnullis infantibus in sinu ma-
 tris jocantibus, * *Amor incensus figurat sen-
 sus.* F. R. 1. Magn.

XLVIII.

Idem.

- I. Amor alatus à duabus columbis curru trium-
 phali vehitur, cui subjacet tabula confrà-
 cta variisque numeris inscripta; Ipse tenet
 dextrà tabulam integram Numero Unitatis
 I. insignitam. * *Solifit sine labe fides.* ** *Nur
 eine sonst Keine.*
 II. Amor nudus sagittis armatus, dexterà lilia
 sinistrà arcum tenet; ad latera conspiciun-
 tur arbores, Myrtus nempe, cui duæ colum-
 bæ sese osculantes insident, & malus fructi-
 fera: * *Spes proxima fragum.*
 ** *Ich Vorbott der Früchte /
 Den Segen berichte.* F. R. 2. Mag.

XLIX.

In Magnum Hetruriae Ducem.

- I. Dux vestitu Romano Imperatorio indutus
 ac paludatus, in solio sedet, capite diadema-
 re cinctus: manùque exercitâ, mandantis in-
 stat, sceptrum militare tenet: in ejus con-
 spectu collectæ militum legiones lustrantur,
 eminùs quoque in mari Classis conspicitur.
 * *Fl.*

* *FIDEI TRIUMPHIS*. Designat copias classesq; auxiliares à M. Duce Hetrur. Foederatis Venetis contra Turcas missas.

II. Triplici scuto insculpta sunt Serenissimarum Domuum Medicæ, Bavaricæ & Palatino-Neoburgicæ arma atque insignia gentilia; quæ superius coronis suis ac mitris Electoralibus ornantur, inferius verò accensâ tædâ nuptiali, ac frugifero Amaltheæ cornu connectuntur. * *Sic undique floret*. Respicitur ad Vincula Connubilia Principis filii Medicæi cum Bavarica Duce, & Electoris Palatini cum Principe Medicæa.

In Marg. Magno Hetruria Principi, Italia ac Germania Felicitatis Fautori. F.R. 3. Magn.

L.

In Conventum Fœderatorum Principum Haga Comit. celebratum.

I. Jupiter in Concilio reliquorum Deorum.

* *Ingentes animo, dignas fove, concipit iras, Conciliumq; vocat.* ex Ovid.

** *Conventus Fœderatorum Principum, Præs. de Guilielmo III. Rege Britannia, Haga Comitum celebratus, 1691.*

II. Vir Armatus clypeum strictumq; gladium sinistrâ tenens, dextram Concordiæ porrigens, colligatas sagittas gerenti; adstat Prudentia digitò exercitò meditabunda, sinistrâ sceptrum tenens, cui serpens tortuosus circumvolutus, oculusque apertus super impositus est. In medio ara accensa cum inscriptione: *SALUS PUBLICA*.

* *Comit.*

* *Consilio, Concordia & Fortitudine.*

In Marg: *ReX RegVM ConsV Lta DeVs fortunet VblqVe.* F. R. 3. Magn.

LI.

In Innocentium XII. Pont. Max.

I. Effigies Pontificis * *Innocentius XII. Pont. Max. creat. d. 12. Julii MDCXCI.*

II. Pax & Justitia armata gerentes Gentilitia, Pontificali corona sive Triregno ornata * *Vota Publica.* F. R. 5. Magn.

LII.

In Cladem Turcarum ad Salankem.

I. Genius Augusti sive Imperii ad aram stans accensam, sinistrâ clavum tenens, dexterâ lauream imponens Heroi armato, palmam reportanti, submisseq; offerenti; Aquila ad latus Genii, expansis alis globo insidet.

* *Quod instat, expediet Victor.* ex Virgil,

** *Victoria Leopoldo & Josepho, Triumphatoribus FFelicibus, PPiis, AAugustis, Virtute Ludovici Wilhelmi Marchionis Badensis de Turcis parata.*

II. Tropæo, armis ac spoliis Turcicis conspicuo, clypeus appensus est, cui Victoria alata, Orbi insistens, & sinistrâ palmæ ramum gerens, dexterâ inscribit: *Spes & vires hostium fracta* 1691. Ad pedes ejus humi jacet captivus, manibus post terga devinctis, cum Camelo & Tauro:

* *Casis Turcarum XXV. Millibus, Castris cum tormensis bellicis CLVIII, direptis.*

** *Ad*

** Ad Satenkamenam d. XIX. Augusti, Augustis Nostris vere Augusti.

In Marg: Austria Excellens in Oriente Victoria.
F. R. 3. Magn.

LIII.

Symbolum Amoris.

I. Genius Amoris alatus cordi arae Imposito imaginem Amatae telo suo inculpit.

* *Dum memor ipse mei.*

II. Arbor, quam hedera assurgens circumcingit; seque indiviso nexu ramis implicat.

* *Neq; Amor separabit.*

F. R. 6. Magn.

LIV.

Symbolum Amoris.

I. Genius Piscator, hamum elea indutum in lacum demittit, eoque piscem confectum capit.

* *Dum capio, cupior.*

II. Duo Genii in Officina ferraria ad incudem stantes; duo ignita corda malleis suis conjungunt.

* *Igne junguntur pari.*

F. R. 6. Magn.

LIV.

Symbolum Amoris.

I. Genius cor tanquam scopum erectum sagittis petit; ex quibus una tantum scopum attingit. *Me sauciat una.*

II. Acus magnetica in pyxide ex omnibus stellis solam Polarem respiciens: *E millibus unam.* F. R. 6. Magnit.

C

LXI. Sym.

LVI.

Symbolum Amoris.

- I. Genius alatus, cui non oculi, ut alias pingi solet, sed os fascia obligatum est. * *Mutus, sed non cæcus.*
- II. Genius alterâ feram clauam, alterâ clauem tenet. * *Uni patet. F. R. 6. Maga.*

LVII.

Symbolum Amoris Conjugalis.

- I. Juuena ac Virga coronis flores ornati, junctis dextris catena connexis, sinistris corda sua mutant, stantes ad arborem fructiferâ vite cinctam; Pedibus conculcant zelotypiam, cor suum ardentem; & Amorem lascivum ac fucatum, faciem larvâ regentem. * *Nil hac connubia turbet!*

- II. In Horto amoenissimis florum arcolis, artificiosis Imaginibus, ac magnificis ædificiis splendidissimo, Ara conspicitur, cui duo corda annulis connubialibus invicem connexa atque implicata imposita sunt; in quæ desuper e caelo radiante flores sparguntur; ipsa Ara exornata est emblemate, junctas dexteras exprimente, nec non corollis ac tædis nuptialibus, quibus duæ columbæ rostris se mutuo osculantes insident.

* *Ditant Concordes Numina Nuptos.*

In Marg: Gleich dem Rand der Liebe Treu
Künfftig ohne Ende sey.
F. R. 3. Maga.

LVIII. In

L VIII.
**In Electorem Bavariæ designatum Belgii
 Gubernatorem.**

I. Imago Electoris * MAXIMILIANUS EMANUEL D. G. ELECTOR BAVARIÆ, BELGII HISPANICI GUBERNATOR PERPETUUS.

II. Ad imitationem Veterum, Principibus de Adventu in numis gratulantium, Elector exprimitur armatus atque paludatus, genoso equo insidens, sceptrum militare dextrâ tenens; a Virgine, freno equi apprehensò, ducitur, quæ sinistra gubernaculum navis globo impositum tenens, auspiciatum regimen designat: Ipsi Electori Belgium, formâ splendidæ Viraginis, ducali mitra ornata, expansis brachiis gratulabundæ, occurrit; advolante superius Victoriâ, Lauream Electoris Capiti imponit.

* *Adventus Principis Optimi desideratissimus,
 * Affertori Felicitatis Publica, ob susceptam
 Belgii Regimen. 1692.*

In Mârg: *Spes erecta in Te Batavum, Te Publica vota.*

Excipiant. F. R. 4. Maga.

L IX.

In Electorem Saxonie.

I. Effigies Electoris * JOH. GEORGII IV. DG. DVX Saxon. S. R. I. Archimaresc. Elect.

II. Cum Serenissimus Elector anno superiori sub Auspicio Gloriosissimi Parentis, ipse dux copiarum suarum, Rhenum trajecerit, ac

magnanimo hoc ausu felicia ac fortia quæque sub suo auspiciatissime iam suscepto Regimine sperare jubeat; imitatione veterum Numismatum exprimitur hæc forma Martis Victoris, tropæum humero inspositum ferentis, ac Rhenum transcendens, qui sub figura senis barbati inter arundines decumbit, dextrâque remum tenens aquatâ ex hydria effundit,

* *Mars Victor.* 1692.

* *Quæ rite incepta parvæ, Perficere est animus.* Æneas ap. Virgil.

In Marg: ex Ovidio V. Factorum.

*Mars ades: & satia scelerato sanguine ferrum,
stetq; favor causa pro meliore tuus.*

F. R. 3. Magn.

LX.

Symbolum in Sacramentum Baptismatis.

I. Christus, Dominus, a Johanne Baptista in Jordane baptizatur. *In uno spiritu in unum corpus baptizati sumus.* 1. Cor. 12.

II. Noa cum tribus filiis post diluvium ante aram accensam procumbit; in montis cacumine Arca conspicitur, & in aëre Iris, Divinæ Clementiæ novique fœderis signum * *Recordabor fœderis sempiterni.* Gen. 9.

In Margine: *Dencke Christ zu aller Schuld an der Tauffe Gnadenbund.*

F. R. 4. Magn.

LXI. In

LXI.

In Marchionem Brandenburg-Byrubensem.

I. Effigies Marchionis: * *CHRISTIANUS ERNESTUS D. G. March. Brandenb. & Caf. Majest. CAMPIMARESCHALLVS.*

II. Columna erecta, cui inscriptum est: *Virtuti Ducis*; Superius Aquila Brandenburg. mitrâ Ducali ornata, in dextro ungue scptrum Mareschalli, sinistra fulmina gerens: Eminus in planitie campi instructæ acies ad nutum Ducis paratæ conspiciuntur. * *Fove pro Fove nec bruta.* 1691.

In Marg: *In nomine DEI nostræ vexilla erigemus.* Ps. 20. F. R. 3. Magn.

LXII.

In Prælium Navale Gallis infuustum.

I. Conspiciuntur in mari Naves inter se præliantes; superius in æthere pars zodiaci cum signis ♈, ♌, ♍, & ♎ expressa est, solque signum Cancræ attingens, ad occidentem vergit cum Lemmate: *Solis iter.*

* *Victoria Navalis de Gallis Maxima. die 29. May. 1692.*

II. Rex Angliæ, vestitu Romano Imperatorio ornatus temonem tenens, à Victoria advocate Laureæ coronatur; stat in medio inter duas Viragines, quarum altera chlamyde ac Diadematè Regio ornata cytharam pulsantem Regnam Hiberniæ; altera, Leones Batavo

tavo sagittas tenente comitata, pileum gestat hastæ impositum, Belgium Foederatum indicat.

**Willhelm. III. DG. Magn. Brit. Franc. & Hib. Rex Gallorum. Victor.* ** *Concordant.*

In Marg: *ConCastlgatVs GALLotVM fassVs & astVs, FLVCtIbVs & pVgnafraciVs atro- Ce fragor. F. R. 2, Mag.*

LXIII.

In eandem Victoriam Navalem.

I. Rex Galliaë Neptunum simulans, in curru mari innatante equisq; vecto sedet, ac tridentem liliis ornatum gerit; à superveniente verò Neptuno alio de curru prosternitur; Eminus naves præliantur; Inscriptio ex Virgilio * *Non illi imperium, sed mihi sorte datum.* ** *Guilhelmo III. M. Brit. Regi Ob Imperium Maris assertum.*

II. Ad imitationem Veterum in Navi, anti- quâ formâ conspicuâ, Victoria gradiens ad- portat lauream: à tergo ejusdem duo Ge- nii insignia Regni Britann. & Reip. Batavæ, coronâ rôstratâ ornata, tenent. Eminus in mari Sol occidit cum Lemmate ex Ovidio: * *Se sondes in undas.* ** *Deleta ac incen- sa Galliarum classe. 1692.*

In Marg: eadem leguntur, quæ in præcedenti. Respicitur hic, eoque ipso quasi refutatur nummus ille, quem Rex Galliaë in despe- dum Anglorum & Hollandorum 1690. cu- di cu-

di curavit, & apud Menestrier in Histor.
Ludov. M. depictum cernimus. pag. 43.

F. R. 3, Magn.

LXIV.

In Varadinum receptum.

I. Effigies laureata Leopoldi Imp. & Josephi
Regis * Leopoldus M. Rom. Imp. Josephus
Rom. & Hungaria Rex, Augusti, Turcarum
Victores perpetui.

II. Imp. Leopoldus paludatus, Solio Regio
insidens, duas claves recipit à muliere, co-
rona turrita conspicua, humi procumbente
& urbem Varadinum designante: Superius
advolat Victoria, dextrâ lauream Impera-
toris capiti imponens, sinistra palmam te-
nens: Eminus conspicitur Vrbs & Arx Va-
radinum cum castris obsidentium. * Sic as-
suet a tuis semper Victoria castris. ** *Vara-
dinum receptum d. 5. Jun. 1692.*

In Marg: *Quantum VrCa, valet galLVs, le-
pidosq, gemellos.*

Sol videt in Geminis strage perire pari.

F. R. 3, Magn.

LXV.

*In Obsessionem Arcis Rheinfels frustra
à Gallis tentatam.*

I. Arx Rheinfels cum adjacente ad Rhenum
Vrbe: * *Strenua Gallica* ** *Rheinfels fru-
stra obsessum liberatur die 2. Jan. 1693.*

II. Simulacrum Rheni Fluminis, sub figura se-
nis

nis nudi, juncis coronati, hispidâ & longâ
 barbâ venerabilis, dextrô brachiô quiescen-
 tis super hydriam aquam effluentem, sinis-
 trâ remo innitentis; In utraq; fluvii proflu-
 entis ripâ Columnæ Herculis erectæ sunt
 cum inscriptione: *Non ultra*: superius in
 volante ligamine legitur: *Habet & Germa-
 nia Metas.*

In Marg: *Ar X Rheinfels HassorVM VhrVte
 fValente TaLLarDo servatVr.*
 F. R. 4. Magn.

XLVI.

Symbolum Virtutis.

I. Infans à Natura multimannea ad Balla-
 dem sive Virtutem, adducitur: * *Virtus Na-
 turam perficit.*

II. Vinitor vitem novellam pedamini alligat,
 * *Ex Horatio: Vim promovet insitam.*

In Margine: *Ex Seneca: ~~adole~~ virtutis fau-
 ra sub penetrabilibus Virtutis.*

F. R. 4. Magnit.

LXVII.

In Marchionem Badensem.

I. Effigies Marchionis:

* *LV DONICVS GUILIELMVS D. G. Marchio
 BADensis & Cæs. Majest. GENERALIS LOCVM
 TENENS CAMPI MARESCallus.*

II. Marchio Badensis vestitu Romanorum Im-
 peratorio indutus ac paludatus, sinistra sec-
 pitum militare tenet, dextrâ versus solem
 hubibus obvelatum extensâ: à tergo victo-
 ria,

ria, dextrâ Marchioni Lauream imponens, sinistrâ palmam ac Tropæum Turcicis spoliis exornatum gerit. Ad Horizontem conspicitur Luna decrefens & ad occasum vergens. Ante Marchionem Rhenus formâ senis inter arundines ad urnam suam sedens, & altero pede catenis & compede vinctus Marchionem tanquam Liberatorem suum brachiis extensis latibundus excipere conatur.

* *Ut Luna, sic siste gradum nunc, Fofua! Solis.*

** *Mars Bisultor, Victor Turcarum perpetuus, expeditionem contra Gallos ad Rhenum aggreffitur 1693. F. R. 3. Magn.*

LXVIII.

Symbolum in Sacramentum S. Baptismatis.

I. Duo angeli volantes pelvim baptismalem gerunt cum simpulo, & superius à Spiritu S. specie columbæ obumbrantur.

* *Das Bad der Wibergeburft im H. Geist.*

II. Infans veste candida; ac signo ^PX signata indutus: dextrâ recipit volumen sigillis obfirmatum, quod ipsi è cælo porrigitur; sinistrâ tenet facem accensam; pede conculat globum terrestrum, cui serpens torquosus, malumque orbis gerens, circumvolvitur.

* *Der Bad des guten Gewiffens mit G. D. D.*

F. R. 6. Magn.

C f

LXIX. *be*

LXIX.

In eandem materiam.

- I. Patriarcha Jacob cum Angelo Domini iustatur: * *Herr, ich laß dich nicht, du segnest mich dann. Gen: 32.*
- II. Idem quod in precedenti vel cum. I. vel num. II. F. R. 6. Magn.

LXX.

In Votum pro itinere feliciter peragendo.

- I. D. Eques Georgius, Patronus peregrinantium ac militantium, equo generoso insidens, draconi insultat, eumque hasta conficit, juxta positâ Virgine, quæ manibus extensis ejus auxilium implorat: *Wer sich in Gottes Schutz gesetzt, bleibt aller Orten unverletzt.*
 - II. Tobias Junior cum Comite suo Angelo Raphaële: * *So wird die Reis mit Glück vollbracht, Wann mich begleitet der Engel-Wacht.*
- In Marg: *Gott hat den Engeln befohlen, daß sie dich behüten auf allen deinen Wegen.*
Pl. 90. F. R. 4. Magn.

LXXI.

In Tesseram mutus Amicitia.

- I. Duo Viri rogati dexteram mutuò porrigentes sinistra cordi appositâ, ante tripodem acesum, cujus signi Genius crucibulum, seu vas, in quo aurum probari solet, im-

imponit. * *Accipe, daque fidem.* ** *Amicum proba, probatum ama.*

II. Duo pueri & Gennii, amicè inter se colloquentes, quorum alter alteri speculum obvertit, sinceræ mentis symbolum; ad alterius latus verò pyramis conspicitur, qua constantia exprimi solet. * *Constanter & sincere.*

In Marg: Nimm dies von treuer Hand zu einem Freundschafts-Pfand.

F. R. 5. Magn.

LXXII.

In Imperatricem Augustissimam.

I. Effigies Imperatricis: ** *ELEONora MAGdalena THERESia. ROManorum IMPeratrix MATer AVGGustorum.* * *Virtutes continet omnes.*

II. Augusta, formam Divæ Matris Deum exhibens, capite coronâ turrîtâ decorata, dextera clavem tenens, curru triumphali à duobus Leonibus vehitur, sedente à dextro ejus latere Rege Rom. Josepho, coronâ & scepto Imperiali conspicuo; à sinistro, Archiduce Carolo, filiis suis Augustis * *Genetrix fecunda Deorum.*

In Marg: Lata Deum partu centum complexa Nepotes. F. R. 3. Magnit.

LXXIII.

In Guilielmum III. Regem Angliæ.

I. Guilielmus Rex Angliæ Gloriosissimus, paludatus & Laureâ coronatus, dexterâ fulmina

mirra torquet, veterum Jovis formam refe-
rens: * JOVI TONANTI ** GUILIELMO
III. D. G. BRITANN. REGI.

II, Prospectus orae maritimae Galliae, navibus
Anglorum & Batavorum occupatae, ex qui-
bus urbes ac portus, ignibus immixtis, miserè
destruuntur; Superius in caelo Sol. Regis
Gallorum Symbolum, cum inscriptione ex
Ovidio: * *Urbes aspiciat accensus, nec tar-
tos sustinet astra.* ** *Vibrata in maritimas
Gallia Urbes fulmina* 1694.

In Marg. Vangionum Nemetumq, urbes ulcisci-
tur Anglus, *Disce timere graves nunc, Lu-
dovice, vices.*

Respexit Inventor hujus Numi; alium Nu-
mum in Gallia An. 1674. ob Genuam emen-
datam proculsum, & a Menestrier in Histo-
ria sua Reg. Ludovici typis expressum, in
quo simili ferè modo Jupiter Gallicus ful-
mina in Genuam vibrat; eoque ipso inventor
demonstrare voluit, eadem fulmina, qui-
bus superbi castigantur, etiam Guillelmo,
Justissimo Jovi Anglico, suppetere.

F. R. 4. Magn.

LXXIV.

*In justissimum contra Turcam & Gallum
Foedus Christianorum Principum, eorum-
que Anni 1694. expeditiones &
victorias.*

Septem Genit, ga eis ornat, vexilla in-
signibus suis distincta gerentes, & Rom.
Imperi-

Imperium ac Regna Hispaniæ, Angliæ, Poloniæ, Ducatum Sabaudia, Resque publicas Venetorum & Batavorum presentantes, amico nexu se invicem amplectuntur, ac circa signum χ hasta in labaro suspensum coronam cingunt, militaria verò Gallorum & Turcorum signa pedibus concalcant. * VIRTUTI ET CONCORDIÆ CHRISTIANORVM.

II. Victoria alata, globo insitens, dextrâ tres laureas coronas, sinistra palmam gerens; ad ejus pedes tres fluvii, Danubius, Rhenus & Mosa urnis incumbunt. * Petrovaradino liberato; Hayo recepto, Rheno trajecto. ** Contra Turcas eorumque Fœderatos triplex Christianorum Victoria 1694.

In Marg: Dominus protectio tua; per diem Sol non uret te, neque Luna per noctem, Ps. 121. F. R. 3, Magnit.

LXXV.

In Job. Henr. Horbium Pastorem Hamburgens.

I. Effigies: * JOH. HENRIC. HORBIUS PAST. ad Div. NICOL. HAMB. ** intra duas Angelorum facies: Nat. 1649, d. XI. Jun. Denat. 1695, d. 26. Jan. 1699, An. 7. Mens.

II. Navis in mari turbido gravissima tempestate expulsa, scopulo idcirco, in quo vir, naufragium effugiens, nixus hæret, & a manibus ex nive calidus protectus tenetur, & co-

& coronatur. * *Evulsa ad caelos undarum turbine fessus.*

In Marg: *FeLIX, ista fides quae sic super aethera venit.*

F. R. 4. Magn.

LXXVI.

In Urbem Casal receptam.

I. Italia formâ Virginis capite currita, cum cornucopia, in sinu Victoriæ, dextra pal-
mam sinistra coronam muralem exhibentis,
suaviter obdormit; occidente è longinquo
in Horizonte sole. * *Carpimus occiduo spe-
ratam sole quietem.* ** *Securitas Italia re-
stituta.*

II. Ichnographia urbis & Castellî Casalis, cum
munimentis obsidentium in mappa acura-
tissime depicta, à Geniis quibusdam sus-
pensa ad conspiciendum tenetur, quò for-
ma ac situs celebris hujus fortaltil, terræ
jam adæquati, posteris ad perpetuam rei
memoriam ad oculos pateat; ante eam Eri-
danus fluvius, bovino capite, ut in anti-
quis numis exprimi solet, conspicuus, in-
cumbit urnæ sine vincula disrupta lætabun-
dus ostentans. * *Gallorum Eridanus vin-
cularumpit ovens.* ** *Casalis armis Fæde-
ratorum recepta 1695.*

In Marg: *ItaLhe Gvra GaLLYs prohibetVr a-
VarV3, CLarIKs & nVnCe st, forte Casale
MinVs.*

F. R. 4. Magn.

LXXVII, in

LXXVII.

In Namurcum à Fœderatis receptum.

I. Virgo sedens, coronâ turritâ condecorata dextrâ palmam & insignia Provinciæ Namurci, sinistrâ hastam tenens; ad pedes ejus fluvii Mosa & Sambra suaviter urnis suis incumbunt. * *Provincia restituta 1695.*

II. Virtus Bellica digito monstrat inscriptionem Pyramidi triumphali inscriptam, ad cujus basim (in qua situs Urbis & castelli expressus vernitur) sedet Victoria vel Fama. Alludit verò Inscriptio hæc non solum ad Numum in Gallia percusum, cum Namurcum à Gallis occuparetur, presenti Fœderatorum exercitu frustra obsessis in subsidium misso; sed etiam ad epigraphen illam tumoris & insipientiæ plenam, quam Galli portæ cuidam Castellî Naturei inscripserunt, & in ea necreddi illud nec vinci posse gloriati sunt. Inscriptio sic se habet: *Namurcum indefessa Vivante Fœderatorum reddens vinci potuisse. Nilla Regis Dux Gall. Liberationem frustrantemans, cum ingenti (centum millium) hominum exercitu, testis esse voluit.*

In Marg: *Erpiter GULLIS Keks ad Castell La NAMKECI, hoc REX AUG Lepotes ! & qVoqVe Bole potes!*

F. R. 3. Magni

LXXVIII.

In Archi-Episcopum & Electorum Moguntinum, Episcopum Bambergensis.

I: Effigies: * **LOTHARIUS FRANCISCUS D. G. ARCHIEPISCOPUS & ELECTOR MOGUNTINUS, EPISCOPUS BAMBERGENSIS.**

